

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. XXIII. De Blasphemia.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

remissionis \* (3) compensationis *z*), (4) retorsionis, (5) erroris in facto commissi (§. XXXVIII.) *u*), (6) felicitatis, quæ in iniuriatum ex iniuria redundauit, uel redundare iure consuetudineue fingitur *x*), aliisque exceptionibus. Speciatim actioni *ad palinodiam*, defensionis *y*), ueritatis *z*), exprobrati uitii physici, leuioris iniuriæ &c. (§. CCLXXXVI.), actioni uero *ad deprecationem*, honoris suo modo, & tempore declarati &c. exceptiones opponi queunt.

\* Quæ colligi nequit ex solo usu sacre cænæ, Diff. TILESIVS *de iniuria remissione quæ fit ob usum sacre cænæ*, aut illis familiaritatis actibus, quos iniuriatus suscepit necessario, WERNHER p. I. *obs.* 137. aut honestatis ergo, aut præuia protestatione, auf Hof-Recht, STRYK V. m. ff. h. §. 35. aut iniuriarum iudicio iam finito.

## TIT. XXIII.

## DE BLASPHEMIA.

§. CCXCII.

Blasphemia **B**lasphemia est iniuria (CCLXXII.), quam deus patitur.

§. CCXCIII.

varie diuiditur.

Inde ergo facile de causa constat, cur (1) blas-

- 
- t*) LEYSER c. sp. *de felicibus iniuriis.*  
*m.* 7. *y*) LEYSER sp.  
*u*) Id. sp. DL. DXLIII. m. 6.  
*x*) BECMANN. d. *z*) Id. sp. DLL



(1) *blasphemiam* in *uerbalem* & *realem* (§. CCLXXIII.), in *mediatam* & *immediatam* (§. CCLXXIV.) diuidant Dd.; (2) cur *immediata* dicatur esse reus, (a) qui Deo diuina inesse negat, aut (b) humana inesse adferit a), (c) qui creaturis adscribit diuina, (d) qui deum uerbis maledictis aut obscœnis rodit (§. CCLXXV. seq.) b); (3) cur qui deum petit per uerbum & sacramenta, per latus Christi, per imagines &c. *mediatam* committat blasphemiam c) (§. CCLXXVII.)

## §. CCXCIV.

Quia blasphemia sine dolo crimen non constituit (§. XXXII, 1.): sequitur (1) ut, quotquot doli sunt capaces, sint clerici, rustici an alii, ubi blasphemarunt, criminis blasphemiae accusari queant; (2) ut qui uel rationis usu, uel sufficiente dei cognitione, uel uoluntate libera destituti, utpote (a) in medio æstu *iræ* summæ, quam iusta causa commouit, constituti, (b) summe *ebrii*, (c) furiosa *amoris* mollitie ducti, aut (d) *in obiecto errantes*, ubi blasphema protulerunt uerba, criminis blasphemiae rei uix dici queant d) (§. XXXV.)

Eam qui  
dolo malo  
commisit,  
aut

a) R. I. 1512. 1530. 1548.

rubr. von Gotteslästern.

b) progr. nr. de blasphemia, illiusque crimine §. V. seq.

c) cit. progr. §. XII.

seq.

d) cit. pr. §. XXII.

seq.



XXXV. seq.); (3) ut conditio uerbis blasphemis addita a dolo & crimine uix liberet (§. CCLXXIX, 5.).

## §. CCXCV.

commiffam  
participat,

Præter mandantes & consultores habentur blasphemantium focii (1) qui uerba blasphema, quæ audiuerunt, *deferre e*), aut (2) delata *punire* noluerunt.

## §. CCXCVI.

aliter de I.  
communi,

Nullam pœnam in blasphemiæ crimen statuerunt maiores nostri. Capitularia R. Francorum *f*) censuræ tantum mentionem faciunt. Constitutionem, quæ primum in criminis blasphemiæ reos criminalem pœnam statuit, Soloduri promulgatam habet LVNIG *g*). Nihil certi definit CAROLVS *b*), lectorem ad Rec. Imp. *i*) legans, qui, si paucos exceperis *k*), crimen blasphemiæ *immediatæ*, sit a quo uelit commissum, ultimo supplicio, crimen uero blasphem. *mediatæ*, abscissione linguæ, relegatione, carcere aut alia

e) R. I. Aug. de A. tit. 31. 1512. tit. 3. 1530. 1548. tit. 1. §. 4. Ord. tit. 1. 1548. 1577. V. pol. 1577. tit. 1. §. 2. KRESS ad c. art. GRASS HORN Cl. XV. R. 22. collat. I. Ro. cum Ord.

f) VI, 101.

g) *spicil. eccles. contin. 2. p. 14.*

h) C. C. art. 106.

i) de A. 1495. 1500. not. 2.

k) KRESS c. 1. §. 6.



alia pœna, quæ iusta iudici uidebitur, puniunt.

## §. CCXCVII.

Leges *Badenses l)*, *Brunsvicenses m)*, aliter de I. *Cellenses n)*, *Magdeburgenses o)*, *Mulbu-* provinciali *finæ p)*, *Palatinæ q)*, *Wurtembergicæ r)* punitur.  
ad LL. imperii se simpliciter referunt; contra iubet ius *Austriacum s)*, blasphemos dolosos membro, quo blasphemia commissa est, priuari, posteaque comburi; *Ius Luneb. t)*, primam blasphemiam carcere cum carena, secundam numellis, tertiam relegatione coercet; huic congruit *ius Dithmarsicum*, nisi quod fustigationem substituat in relegationis locum; *ius Tyrolense u)* blasphemiam mulcta, carcere & carena persequitur, nisi tertia sit, quam corporali pœna, honorum & bonorum priuatione uindicat. *Ius Hamburgense x)*, qua pœna quæque blasphemia uindi-

- |   |  |
|---|--|
| l) <i>Bad. L. O. p. VII.</i><br>tit. 7.                   | r) <i>Wurtemb. L. O.</i><br>tit. 89. §. 5. V. LAV- |
| m) <i>Ord. Prou. de A.</i><br>1647. §. 3.                 | TERBACHI differ. I.<br>comm. & <i>Wurtemb. p.</i>  |
| n) <i>Ord. Prou. c. 1. 2.</i>                             | 199.   |
| o) <i>Magd. P. O. c. 64.</i>                              | s) <i>L. O. L. O. art.</i>                         |
| §. 1.   | 59. FROELICH comm.                                 |
| p) <i>Statuta und Will-</i><br><i>Führ der St. Mühlh.</i> | über P. S. G. O. p. II.                            |
| lib. V. art. 1.   | lib. I tit. 2. n. 10. p. m. 12.                    |
| q) <i>Pfälz. Mal. O.</i>                                  | z) <i>P. O. lib. VIII. tit. 1.</i>                 |
| tit. VIII.  | u) <i>L. O. lib. VII. art. 2.</i>                  |
|   | x) <i>IV, 1, 1.</i>                                |



uindicari debeat, arbitrio relinquit iudicis. Ordinatio *Lignicensis* y), leuem multam a blasphemis exigit. *Ius Saxonicum* z), quod ceteroquin ius carolinum sequitur, eos, qui in abstracto & addito Dei nomine execrarunt, ad numellas condemnat.

## §. CCXCVIII.

Quæ quum ita sint, non potest non hinc inde forensis variare praxis. Hæc nos docet, hodie fere ubiuis (1) *abscissionem lingue* extra usum esse a), (2) non nisi grauissimæ blasphemiae reos *capite* plecti, (3) Romanenses blasphemiam *Mariæ* illatam ultimo supplicio, euangelicos contra arbitraria tantum pœna persequi.

## §. CCXCIX.

Causæ mitigantes quæ sint genuinæ? &

Quamcunque pœnam minentur leges moresque, ea mitigatur (1) ubi in blasphemo deficere uidetur animus deo illudendi b), ut si (a) acerbissimo eoque iusto dolore efferatus c) aut (b) summe ebrius d) blasphemauerit (§. CCXCIV.), (c) si ea protu-

y) Drenbings D. art. 2. V. Kayf. und Königl. priu. des L. Schlessien p. 1133.

z) BERGER *El. Iur. Cr.* p. 476.

a) CARPZOV *pr. crim.* qu. 45. nr. 21.

b) Ill. BOEHMER *I. E. P. V.*, 17, 49.

c) R. I. 1495 §. Nemlich LEYSER *spec. DLXV.* m. 29.

d) LYNCKER *decif.* 718.



protulerit uerba, quæ in omnium ore solent esse *e*), uel (d) si quæ alia dixerit, eum blasphemie in continenti pœnituerit *f*); (2) ubi blasphemia leuis est *g*), aut tantum execratio *h*); (3) ubi nonnisi subituit blasphemiam ab alio prolatam *i*).

## §. CCC.

Contra non esse puto, cur pœnam ordinaria<sup>quæ spuria?</sup> remittamus (1) nobilibus *k*), (2) clericis *l*), (3) rusticis *m*), iisue (4) qui sub conditione (§. CCXCIV, 3.), aut (5) tempore, quo uehementes adfectus iam deferbuerant *n*), uel (6) ex sua ipsius mala consuetudine *o*), quam probe norunt, blasphemarunt. Sic quoque (7) deficiens reiteratio *p*), (8) iocus &c. pœnam mitigare nequeunt.

## TIT.

- |   |  |
|---|--|
| e) DECIANVS <i>pr. crim.</i> lib. VI. c. 5. nr. 4.                  | l) GRANZ <i>def. inq.</i> p. 850. nr. 4.                                     |
| f) R. I. de A. 1529. §. 6. STRYK <i>V. m. ff.</i> XLVIII, 4. §. 19. | m) LEYSER c. sp. m. 7. BERGER <i>El. Iur. Crim.</i> suppl. p. 1. p. 117. sq. |
| g) R. I. 1512. tit. 3. §. 1.  | n) Id. c. sp. m. 29.   |
| h) R. I. 1577 tit. 5.   | o) KRESS ad h. a. §. VI. n. 5. COLER <i>decif.</i> 172.                      |
| i) R. I. 1548. tit. 1. §. 4. BLVMBLACHER c. 1. nr. 4.               | p) BEYER ad h. a. pos. 14. CARPZOV <i>p.</i> IV. <i>const.</i> 1.            |
| k) CARPZOV <i>pr. cr.</i> qu. 45. nr. 48. seq.                      |  |

Engau *Ius Crimin.*

L





## TIT. XXIV.

DE

## LIBELLIS FAMOSIS.

§. CCCI.

Libellus famosus est **S**criptum, quo famosum crimen alicui obiicitur\*, audit *famosus libellus*, pasquill.

\* Olim addi debebat: TECTO AVCTORIS NOMINE C. C. art. 110. FROMMANN *de subscriptione* c. 6. §. 8. Hodie uero perinde est, utrum auctor nomen suum subscripserit, nec ne R. I. de A. 1577. tit. 35. von Buchdruckern §. und setzen wir ic. Koffenbauch d. *de famosis libell.* th. 20. seq. Diff. KRESS. ad c. a. §. 1. \* 4.

§. CCCII.

scriptum iniuriosum, quo

Itaque libellus famosus (1) in iniuriis scriptis est, atque (2) non solum carmine, epistola, sed & pictura *q*), sculptili & fusorio opere &c. *r*), itidem (3) directe & oblique confici potest; (4) nihil interest, utrum is, in quem confectus, praesens sit an absens (§. CCLXXX.), (5) nomine uocatus, digito monstratus, an certa qualitate circumscriptus *s*).

§. CCCIII.

crimen famosum alicui obiicitur.

Ex eodem porro sequitur (6) ut ille *libellus*,

*q*) R. I. 1577. tit. 35. §. und setzen MULLERI 1548. tit. 34. §. 2. d. *de pictura* c. 4. *r*) Ord. Polit. de A. §) HEIG. qu. 31. nr. 32.